

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 17: De oratione (18)

Item Ieronimus ait super illud Ieremie:

Levemus corda nostra cum manibus ad dominum:

Cor enim cum manibus levat, qui orationem cum opere sublevat.

Nam quisque qui orat, et non operatur, cor levat et manus non levat.

Quisque vero operatur, et non orat, manus levat et cor non levat.

Sed quia et operari et orare necesse est, bene iuxta utrumque dictum est:

Levemus corda nostra cum manibus ad dominum.

Vnde etiam Hieremias ait:

Leuemus corda nostra cum manibus ad Deum.

Cor enim cum manibus leuat, qui orationem cum opere subleuat.

Nam quisquis orat, et non operatur, cor leuat, et manus non leuat.

Quisquis uero operatur, et non orat, manus leuat et cor non leuat.

Sed quia et operare necesse est et orare, bene iuxta utrumque dictum est:

Leuemus corda nostra cum manibus ad Deum,

ne de neglegentia mandatorum corde reprehendamur,

dum salutem nostram obtainere aut sola oratione,

aut sola operatione contendimus.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3.7.18 (CCSL 111, P. Cazier ed., p.224, ll.88-97).